Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0001-1
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0002-6

15305.

29

1758

6

*Q. D. B. V*

# THESES
## IVRIS CONTROVERSI
EX
## DOCTRINA PANDECTARVM
DE
# REI VINDICATIONE
## TAM CIVILI
## QVAM PRAETORIA
*AD LIB. VI. TIT. I. ET II*

PRAESIDE
## GEORGIO FRIDERICO KRAVSIO D
IVRIS FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO
ET FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE
EXTRAORDINARIO

*IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM*
*ACADEMIAE VITEMBERGENSIS*
*AD DIEM AVG. A. R. G.* cIↃ IↃ CCLVIII

PVBLICE DEFENDET
## CHRISTIAN. GOTTLIEB TISCHERVS
TORG. SAX

*VITEMBERGAE*
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0003-2

# THESIS I.

Libellus rei vindicationis ineptus non eſt, ſi alternative petat actor, vt reus vel rem reſtituat, vel aeſtimationem ejus praeſtet.

Argum. *L. 68. D. de Rei vindic.* Conſentit A LEYSER in *Medit. ad Pand. Spec. XCIX. Coroll. II.* itemque WERNHERVS *Obſeru. forenſ. Part. VIII. Obſ. CCLXVI.*

## THESIS II.

Quamuis expediti ſit iuris, quod vindicatio contra verum rei dominum non detur: nihilominus vaſallus feudum a domino directo vindicare poteſt.

Vid. ANTONII *Diſputat. Feudal. XIII. §. III. not. c. Arg. II. F. VIII. §. rei autem* add. HORNII *Iuriſprud. Feudal. Cap. XXIV. §. X.*

## THESIS III.

Is, qui dixit aliquando extra iudicium, ſe rem meam poſſidere, non illico liti ſeſe obtuliſſe videtur, nec ea propter, vt fictus poſſeſſor, condemnandus eſt.

Diſſentit STRYKIVS in *Vſu Pand. mod. Lib. VI. Tit. I. §. 4. Arg. L. 13. §. 13. in fin. D. de heredit. petit.* et *L. 27. princ. D. de Rei vind.* Sed conf. *L. 25. et 26. D. eod.*

THE-

# THESIS IV.

Quod Cviacivs *Obſeruationum Lib. X. Cap. I.* ſtatuit, nihil differre iudicium vniuerſale hereditatis petitionis a ſpeciali in rem actione quod ad reſtitutionem impenſarum neceſſariarum et vtilium, verum quidem eſt de impenſis neceſſariis, non item de vtilibus.

Vid. *L. 37. D. de Rei vindicat. L. 5. C. eod.* add. Hoppivs ad *§. XXX. Inſt. de rer. diviſ.*

# THESIS V.

Perperam multi interpretum iuris ciuilis pro regula tradunt: rei vindicationem durare triginta annos.

Obſtat *L. 3. C. de Praeſcript. XXX. vel XL. annorum* Sed vid. *L. 9. et 12. C. de Praeſcript. longi tempor L. un. C. de Vſucapione transformanda.* Addatur Strykivs de *Actionibus forenſibus inueſtigandis, Sect. III. Membr. II. Axiom. I.*

## THESIS VI.

Ab vſucapiendi conditione ad actionem publicianam, tam in negante, quam in aiente ſenſu, recte ducitur argumentum.

Diſſentit Bergervs in *Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 34. not. 13.* Sed euoluatur *L. 7. §. 17. D. de publiciana in rem actione, L. 9. §. 5. D. eod.*

## THESIS VII.

Fallit regula vulgata: Quicunque poſſet vindicare, ſi probaret dominium eius, a quo cauſam habet, illi datur actio publiciana, ſi in bona quidem fide ſit, ſed dominii probandi facultate deſtituatur.

Probant iſtam regulam Strykivs *in Vſu Pand. mod. Lib. VI. Tit. II. §. 2. et 5.* Titivs in *Iure priuato Lib. III. Cap. XVIII. §. 1. ſeqq.* Arnoldvs Vinnivs ad *§. 4. Inſt. de action.* Sed vid. Praesidis *diſſ. de Indole actionis publicianae*, hab. Vitembergae, anno 1749. *§. XII.*

THE-

## THESIS VIII.

Legatarius, qui nondum poſſeſſionem rei legatae nactus eſt, actionem publicianam adverſus tertium quendam poſſeſſorem non habet.

Diſſentiunt plerique cum BERGERO in *Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 34. not. 13.* inprimis ob *L. 1. §. 2. D. de public. in rem act.* Addatur tamen *citat. diſſert. §. XIV.*

## THESIS IX.

Hodie ſuperueniens mala fides impedit actionem publicianam, arg. *Cap. vlt. X. de Praeſcription.*

Iterum in hoc argumento plerique fere omnes diſſentiunt. Vid. LAVTERBACHIVS in *Collegio Pand. theor. pract. Lib. VI. Tit. II. §. 8.* itemque BERGERVS *cit. loc.* Sed ad horum argumenta reſponſum eſt in *cit. diſſert.* PRAESIDIS *§. XVIII. ſequ.*

THE-

## THESIS X.

Quamuis publiciana in rem actio vaſallo haud ſit deneganda contra tertium infirmiore iure feudum tenentem, ſi dominium eius, a quo feudum accepit, probare nequeat: huius tamen actionis contra dominum directum nullus videtur eſſe vſus. Quod ſi enim probare contractum feudalem et inueſtituram poteſt vaſallus, publiciana non indiget: ſin minus, ob deficientem iuſti tituli probationem, iſta actio fundamento caret.

Aliter cenſet STRYKIVS in *Vſu Pand. mod. Lib. VI. Tit. II. §. 5.* et HORNIVS in *Iuriſprud. Feud. Cap. XXIV. §. XI.* Vid. *diſſert. alleg. §. XX. ſequ.*

Wittenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle 3
003 608 042

k Sl

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0012-2

15305.

29

1758

6

Q. D. B. V

# THESES
# IVRIS CONTROVERSI
EX
## DOCTRINA PANDECTARVM
DE
# REI VINDICATIONE
## TAM CIVILI
## QVAM PRAETORIA
*AD LIB. VI. TIT. I. ET II*

PRAESIDE

## GEORGIO FRIDERICO KRAVSIO D

IVRIS FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO
ET FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE
EXTRAORDINARIO

*IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM*
*ACADEMIAE VITEMBERGENSIS*
*AD DIEM AVG. A. R. G. cIↄ Iↄ CCLVIII*

PVBLICE DEFENDET

## CHRISTIAN. GOTTLIEB TISCHERVS
TORG. SAX

*VITEMBERGAE*
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205543-p0013-7